

te salvo salvi et securi sumus! te imp(eratore) fe[Z]ix senatus! Aug(uste), d(i) t(e) s(ervent) in perpetuo! iuvenis triumphis, senex imp(erator)⁶! | maior Aug(usto)⁷, d(i) t(e) s(ervent)! Aug(uste), Aug(usta)! Iuliae Aug(ustae) matri Aug(usti) feliciter! ex te, Aug(usta), Aug(ustum) videmus! d(i) t(e) s(ervent) in perpetuo, Aug(usta), Aug(uste)! |

III id(us) Aug(ustas) in Capitolio ante cella(m) Iunonis reg(inae) fratres Arvales convenerunt, quod dominus n(oster) imp(erator) sanctissim(us) | pius M. Aurelius Antoninus Aug(ustus) pont(ifex) max(imus) per limitem Raetiae ad hostes extirpandos barbarorum⁸ introi|turus est⁹, ut ea res ei prospere feliciterque cedat, et immolaverunt per L. Armenium Peregrinum.

isdem co(n)s(ulibus) | pr(idie) non(as) Oct(obres) in Capitolio ante cellam Iunonis reg(inae) ob salute (*sic*) victoriamque Germanicam imp(eratoris) Caes(aris) M. Aurelli Anto|nini Pii Felic(is) Aug(usti) Part(hici) max(imi) Brit(annici) max(imi) Germanici max(imi), pont(ificis) max(imi), trib(unicia) potest(ate) XVI, imp(eratoris) III¹⁰, co(n)s(ulis) IIII, proco(n)s(ulis), et Iuliae Aug(ustae) | Piae Fel[ic(is)]¹¹ m(atris) imp(eratoris) Antonini Aug(usti) n(ostri), senatus, castrorum et patriae, fratres Arvales convenerunt et immolaverunt | per L. Armenium Peregrinum pro mag(istro) vice Flavi Alpini mag(istri) collegi fratrum Arvalium, I(ovi) o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem) a(uratum), Iunoni | reg(inae) b(ovem) f(eminam) a(uratam), Minervae b(ovem) f(eminam) a(uratam), Saluti publ(icae) b(ovem) f(eminam) a(uratam), Marti ultori taurum a(uratum), Iovi victori b(ovem) m(arem) a(uratum) et Victoriae b(ovem) f(eminam) a(uratam), Laribus | militaribus taurum album, Fortunae reduci b(ovem) f(eminam) a(uratam), Genio imp(eratoris) Antonini Aug(usti) n(ostri) taurum album, Iunoni Iuliae | Piae matris Antonini Aug(usti) n(ostri), senat(us), castror(um) et patr(iae) b(ovem) f(eminam) a(uratam). adfuerunt Cn. Catilius Severus, T. Statilius Silianus.

Romae in vinea Ceccarelli, ubi fuit lucus fratrum Arvalium, tabula rep. a. 1868 (VI 2086; Henzen act. frat. Arv. p. CXCXII. CXCXIII): continet tabula acta fratrum Arvalium a. 155 cum parte actorum a. 156, deinde in spatio quod vacuum fuerat relictum, partem actorum anni 213 (non omnia exscripsi). —

- 1) Diebus singulis sacri anniversarii deae Diae Arvales cenabant apud magistrum; denariis centenis cenatum esse saepius in actis perscriptum est (cf. Henzen comm. p. 45). —
- 2) Tales acclamationes in honorem imperatorum saepius memorantur, interdum perscribuntur apud scriptores qui dicuntur historiae Augustae (vit. Comm. 18 ex Mario Maximo; vit. Alex. 6 seq.); cf. etiam Henzen comm. p. 46. —
- 3) fercissime lapis. —
- 4) Cf. Tertullianus apol. 55. —
- 5) Ita acclamare Caracallae poterant fratres Arvales etiam ante quam ipse nomen Germanici recepisset (cf. not. 10). —
- 6) Iudice Mommseno hoc dicere voluerunt Arvales, Caracallam esse ad bellandum iuvenem, senectute imperandi peritum. —
- 7) Confert Henzen acclamationem ap. Eutropium 8, 5: 'felicior Augusto, melior Traiano!' —
- 8) Excidit terram vel solum. —
- 9) De hac expeditione Caracallae cf. etiam vita c. 5; Dio 77, 15; Aurel. Vict. Caes. 21, 2. —
- 10) Imperator tertium et Germanicus maximus videtur Caracalla appellatus esse ex hac ipsa victoria Germanica (cf. Eckhel 7, 209. 211. 222). —
- 11) fel. io lapis.